



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtili Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

30. Sterilis fœcundatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**

dem; citò deinde post vitæ arcem  
invasurus, cujus januam occupave-  
rat. Sed opportunè *Indiola* cæleste  
præsidium imploravit, votumque  
(quod solenne illic) tale nuncupat:  
Pedibus excalceatis ire *Tolentinum*,  
cujus murum & monasterii recta  
ubi ex colle primùm conspiceret,  
manibus vincula induere, atque il-  
lis sic ligatis ad Divi usque tumu-  
lum iter reliquum absolvere, deni-  
que ceræ quadrilibre donum of-  
ferre. Votum NICOLAO non in-  
gratum fuisse eventus optatus do-  
cuit: nam è vestigio cancer visus  
abscedere, ori libertatem dare, to-  
tus denique evanescere. Sed neque  
ingrata mulier fuit: nam quale vo-  
verat, iter instituit, & os jam sanum  
in Sospitatoris sui laudes dilaxat.

Sed nulla libentius vota quam  
sterilium audit, memor tali se quo-  
que modo à cælo impetratum olim  
fuisse. Id multi feliciter experti  
sunt. Ex multis unus est *Philippus*  
*Arma*, mercator opulentus, & di-  
vitiis præpollens, quas terrâ mari-  
que, equis velisque conquiserat.

Is

30.  
Sterilis  
fecundatur.



Is domicilium *Neapoli* habebat & uxorem improlem. Ut ergo in tantas opes heres aliquis nasceretur, subit animum ejus pia cogitatio hunc à celo efflagitare; adeoque Divum Tolentinum sibi exorandum putat. Concipit verba: pollicetur, quando genitum ex se filium videret, nomen ei ab illo indere & quoad viveret, in annos singulos die ejusdem natali Augustiniani *Neapoli* divitem eleemosynas largiri. Dixit tum: decimo post mense filium, quem *Nicolaum* nominavit, læto oculo vidit: non aliter Fratres pinguem ab eo quotannis sportulam.

31.  
Captivus  
à carcere  
solvitur.

Ergastulorum ultimas etiam tenebras beneficium ejus sidus illustravit. *Iacomutius* bojius erat, non dico domo, ne frustra sis, nam Sarranenorum in Italiâ illi patria, patrem *Petrucius*, sed bojis ferreis pedes contentatus habitabat. *Asculi* plus octiduum in lignea custodiâ, ob manifestarium abigeatus crimine. Hunc in somno se D. NICOLAUS sapienter obijcere, & quasi invitare ad peccatum